



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 35. Colloquium a Guisio Duce, & Fœderatis Nancæi habitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI  
A.C. 1588.

tu colligi possent, demum vero illa, postquam pene innumeris aliis periculis defuncta erat, tandem die vigesima nona Julii Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo octogesimo octavo fretum Anglicanum ingreditur, quo facto quantocius Medicæ Dux nomine Sidonius Hispanæ classis Architalassus missis nuntiis Parmensem Ducem de sua excursione certiorem reddidit, instituisse, ut & ipse suos in Angliam excedere juberet, cum interea Hispana classis Anglicam ad certamen ineundum adigeret. Verum quamvis Anglorum classis numero navium longe inferior esset, nihilominus Hispani haud diu Anglis resistere poterant; hi enim præter suam animi fortitudinem mira dexteritate prædicti Hispanam classem profligaverunt, navibusque penitus dispersis eam cum ingenti dispendio, ac pudore in Hispaniam iter relegere coegerunt.

§. XXXV.  
*Colloquium a Guisio Duce, & Fæderatis Nancæi habitum.*

*Thuan. §  
Spond. t. c.  
Maimb. hist.  
de la Lig.  
l. 1.  
Men. de la  
Lig. t. 2.  
p. 293.*

Hic idem annus non minus Gallis admodum exitialis fuit ob Guisiorum factionem, & fœderatorum furorem; cum enim interea Lotharingiæ Dux Janetum exiguum Sedani Principatus urbem cum suis, ceterisque a Parmensi Principe

Principe submissis copiis aggredetur, Sæonl. XVI.  
Guifius Dux Nancæi cum Fœderatorum A.C 1588.  
Ducibus præsente Lotharingio Duce sua  
habebat colloquia, ubi de duodecim  
conventum est articulis, ex quibus pri-  
mus erat: rogandus est Rex, ut se aper-  
tius sine tergiversatione fœderatorum  
partibus jungeret, & a negotiorum ad-  
ministratione, a locorum præfecturis,  
muneribus publicis, ac magistratibus  
suspectos, qui a fœderatis nominaren-  
tur, sine mora removeret: II. Conci-  
lium Tridentinum in regno promulgan-  
dum curet, ejus executione duntaxat  
ad aliquod tempus suspensa in iis, quæ  
collegiorum, coenobiorum, & aliarum  
Regni Ecclesiarum ab Episcopis exem-  
ptionem spectant: III. Sacrofancæ In-  
quisitionis officium saltem in primariis  
civitatibus constituat, optimum, &  
unicum ad extirpandum sectarum virus  
remedium, exterisque tantum, aut  
saltem suspectis nulla necessitudine con-  
junctos huic Inquisitionis Tribunalij  
præficiat. IV. Sacro Ordini, ut bona  
sua superioribus temporibus alienata,  
aut posthac quacunque de caufsa distra-  
henda luere possit, facultatem faciat, &  
ipſi Ecclesiasticis spectatis eorum rediti-  
bus, & bonis ad ea luenda cogantur,  
V. loca quædam munita in fœde-  
ratorum Ducum manus consignet, da-  
ta

Sæcul. XVI. ta potestate, ut ipsi ea munire denuo,  
A.C. 1588. & novas arces in iis extruere possint  
cum idoneo præsidio, quod civitatum  
sumptibus, si ducibus ita videbitur, aut  
imperata vicinæ regioni pecunia alatur:  
insuper idem in locis munitis, quæ jam  
tenant, facere posse intelligantur. VI.  
In Lotharingiæ limitibus ad prohiben-  
dum exterorum transitum idoneum  
militum numerum suo sumptu Rex alat,  
ob idque in distrahendis sectariorum, vel  
eis adhærentium bonis omnis diligen-  
tia adhibetur. VII. Illi, qui olim hæ-  
retici, aut de hæresi suspecti ab anno se-  
xagesimo pravitati hæreticæ participa-  
se convitti sunt, cujuscunque condicio-  
nis sint, tertiam, aut saltem quartam  
bonorum partem, Catholici vero deci-  
mam quotannis conferre in id bellum,  
quamdiu durabit, teneantur. VIII. Se-  
ctariis cognatione, vel foedere juncti  
ipsorum bona hastæ subjecta emere co-  
gantur, ita tamen, ut quinta justi pre-  
tii pars eis remittatur, si vero se excu-  
saverint, hæc bona aliis vendita, nec ju-  
re retractus, nec alia quavis de caussa  
redhiberi possint. IX. Sic pecunia ex  
iis proveniens dispensetur, ut ante o-  
mnia æs alienum belli hujus caussa a  
foederatorum Ducibus contractum dis-  
solvatur. X. Si vero amplior supersit  
summa, ea pro futuris debitibus reserve-  
tur:

tu: hæc autem pecunia Ministris ad Sæcul. XVI.  
hoc nominandis consignetur, qui nec A. C. 1588.  
amoveri, nec aliorum impendi poter-  
runt. XI. Bello captis vitæ gratia non  
fiat, nisi jurata cautione prius accepta,  
se juxta Majorum religionem deinceps  
victuros, aut nisi insuper omnium bo-  
norum, si nondum vendita sunt, pre-  
tium exsolvant, aut si jam vendita sunt,  
omnibus suis juribus ad ea cedant, si-  
mulque promittant, quod ultra trime-  
stre suis sumptibus in hoc bello militare,  
eaque obsequia præstare velint, ad quæ  
idonei censebuntur, vel illos impendere  
videbitur. XII. Finito bello Catholicis  
eæ, quas contulerunt, pecuniæ resar-  
ciantur, hancque in rem Deputati no-  
minentur, tam Ecclesiastici, quam  
laici, dummodo non sint Curiæ supre-  
mæ Ministri, qui has venditiones, &  
distributiones faciant, atque eo prom-  
ptius, & cum minoribus expensis rem  
perficiant.

## §. XXXVI.

*Regis dissimulatio ad hosce Fœdera-  
torum articulos.*

**H**as fœderatorum petitiones ita de- *Tha. l. 90.*  
cretæ ad Regem deferebantur, *Mem. pag.*  
quas ille haud quaquam aspernari cre-  
debatur, ut populi, qui Guisio Duci fa-  
vens Regem hæreticis suffragari existi-

*Hist. Eccles. Tom. L.* Nn ma-